



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Homicidio. Titvlvs IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

44
 dignitas, dignitas, aut status ecclesiastici vel mundani
 (quibus forsitan Romanæ ecclesiæ cardinalis) que i-
 debentur & Petrum, vel eorum alterum scienter &
 deliberatè pro cardinalibus habuerit & tenuerit, aut ad
 opus illorum admiserit, seu votum eorum vel alicuius i-
 solum suffragium in electione Romani Pontificis ad-
 miserit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nomina-
 verit, assumptit, vel receperit, seu dederit in his vel ad
 hoc auxilium, consilium, vel favorem, excommunica-
 tionis sententia duximus innodandum, à qua (absque ex-
 pressa licentia Romani Pontificis) non possit absolvi, nec
 excom. per collegium Apostolicæ sedis, eadem sede vacan-
 te, eumque, pralatione, dignitate, statu & honore ecclesi-
 astico omnino privamus: nihilominus omnes, qui dictis
 ludo & Petro, aliis & maris dicti Ioannis favorem præ-
 buerint, vel audiam in rebellionem vel schismate parti-
 cipaverint, excommunicationis sententia innodantes.
 Et si alia per nos facta in prædictis nostris processibus,
 ac iudiciis nostris bullatis super eis confessis contenta,
 ad constitutionem perpetuè valitura ratificamus, confir-
 mamus, & etiam innovamus, eandemque a de novo fa-
 ctis de fratribus nostrorum consilio prædictorum. Et
 si aliorum malitia non inveniat successorem & puni-
 tionis exemplar retrahat alios ab offensa, ac
 in oblivionem veritas veniens, non vagetur incerta: sta-
 tuimus itaq; decrevimus, & ut ipsa inviolabiliter ob-
 serventur, & quod similes excessus & culpæ poenis simi-
 libus in posterum puniantur.

DE HOMICIDIO.

TITVLVS IV.

CAP. I.

Per aliquem factum, vel tantum mandari aliquem interfici,

nam ab eum ab diffidat, absq; alicuius prelatione senten-

tiæ in causa excommunicationis & depositionis ab officio & benefi-

ciis ad fundam Zen.

Innocentius quartus In Concilio generali Lug-

dunensi.

Probamini redemptione generis, de summis coe-
 lum ad ima mundi descendens, & mortem tan-
 dem subiens temporalem Dei filius Iesus Chris-
 tus, ut gregem sui precio sanguinis gloriosi redemptionem,
 immunitatis post resurrectionem ad partem, absque pa-
 re defecit, ipsius curam B. Petro Apostolo (ut lux
 habet) sine fidei ceteros in Christiana religione firmaret,
 ut inquit mandata ad salutis opera suæ accenderet devo-
 tionis ardore) commisit, unde nos eisdem Apostoli
 officio (disponente Domino, licet immeriti) successore
 nos, & ipsius redemptionis locum in terris, quamquam
 vulgare tenentes, circa gregis eiusdem custodiam soli-
 tione vigilis, & animarum salutis iugis atten-
 tione cogitationis intendere, summo vendonoxia, & a-
 pud populum debemus, ut excusati a nobis negligenti-
 bus summo, nostrisq; cordis oculis diligentia sedula vi-
 giliantibus, animas Deo lucifacere sua nobis cooperante
 gratia valeamus.

Cum igitur illi qui sic horrenda inhumanitate, de-
 ditioneque savitia mortem sibiunt aliorum, ut ipsos fa-
 ctos per assassinos occidit, non solum corporum, sed
 animarum procreant etiam animarum (nisi eos exube-
 rant gratia divina prævenierit, ut sint armis spirituali-
 bus armati, ac omnis potestas tribuatur a Domino
 in ultimum relictumque iudicium exercendum.) Nos
 hinc periculo volentes occurrere animarum, & tam d

a In omni littera: eademq; de novo, &c. b al. de certis.
 c Vid. Innocentium in summa de eccles. lib. 23, c. 36. d al.
 e. et non usque in præsumptis

nefaras præsumptiones ecclesiasticæ animadversionis
 mucrone ferire (ut metus poenæ, metâ huiusmodi præ-
 sumptionis existat) præsertim cum nonnulli magnates
 taliter perimî formidantes, coacti fuerint securitatem
 ab eorundem assessorum domino impetrare, sciq; ab eo
 non absque Christianæ dignitatis opprobrio redimere
 quodammodo vitam suam.

Sacri approbatione concilii statuimus, ut quicumque
 princeps, prelatus, seu quavis alia ecclesiastica secula-
 ritivè persona, quempiam Christianorum per dictos as-
 sessinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit (quan-
 quam mox ex hoc forsan non sequatur) aut eos re-
 ceperit, vel defendit seu occultaverit, excommuni-
 cationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, of-
 ficio, & beneficio incurrat sententia ipso facto: & illa
 liberè aliis per illos (ad quos eorum collatio pertinet)
 conferatur: sit etiam cum suis bonis mundanis omni-
 bus, tanquam Christianæ religionis inimicus, à toto Chri-
 stiano populo perpetuè diffidatus, & postquam proba-
 bilibus confiterit argumentis, alicquem scelus tam
 execrabile commississe, nullatenus alia excommuni-
 cationis, vel depositionis, seu diffidationis adversus eum
 sententia requiratur.

CAP. II.

Sine poena irregularitatis possunt clerici de suis malefactoribus

conqueri coram iudice seculari, etiam de criminibus, ex quibus de-

betur poena sanguinis: expresse protestando, quod ad poenam sangui-

nis non intendunt. h. d. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

Relatis b vel clericis quibuscunque, qui de laicis
 suis malefactoribus querelam penes secularem iudi-
 cem deponentes, petunt emendam sibi fieri, & provide-
 ri, ne contra eos talia de cetero præsumantur, protestan-
 do expresse quod ad vindictam e seu poenam sanguinis
 non intendunt, imputari non debet: quamvis aliàs in
 tali casu de iure debeatur poena sanguinis irrogari, si iudex
 mortem illis inferat iustitia exigente.

Alioquin si prelatus aut clericus propter metum huius-
 modi (quia iudex ad poenam sanguinis possit a proce-
 dere de suis malefactoribus) taliter conqueri non aude-
 rent, daretur plerisque materia trucidandi eosdem, & il-
 lorum bona liberè depraedandi.

CAP. III.

Mandanti aliquem verberari, secuta mors imputatur. hoc dicitur

secundam Zen.

Idem.

Is, qui mandat aliquem verberari (sicut expresse inhi-
 beat ne occidatur ulla tenus, vel membro aliquo mutil-
 letur) irregularis efficitur, & mandatarium fines mandati
 excedens mutilet vel occidat. Cum mandando in culpa
 fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.

DE VSVRIS.

TITVLVS V.

CAP. I.

Prædè innovat & observari præcipit Lateranense concilium

contra usurarios editum usque ad ver. & quia. Vis præcipit omni-

bus dominis & universitatibus terrarum, ne permittant alienoge-

nis in terra sua conducere domos, ad exercendum fatuus, vel con-

ductus habere, & quod aliqui eis ad hoc domos non locet, usque ad

verfic. qui veris. Vis imponit poenam clericis contravenientibus

usque ad verfic. ceterum. Vis imponit poenam laicis, & hæc facta

usque in finem. Ioan. And.

a Vid. l. non omnes. §. à barba. ff. de re milit. b Vid. Decretum
 consil. 119. & Felix. in cap. assert. extr. de prescript. c Pro-
 per doctores hie vide Fritum in cap. quædam. extr. de iur. iur. &
 d alii. possit.

